Ecce tu pulcher es dilecte mi
et decorus

Tu solus naturaliter pulcher
ego ex te pulchra

Lectus noster floridus

Pax sanctae ecclesiae et virtutibus suis
florescit et spiritale prole multiplicatur

Tigna domorum nostrorum
cedrina laquea
ria nostra cypriscina

Tigna et laquearia doctores sunt sanctae ecclesiae
propter munimen et decorem cedrina et cypres
sina propter eximias virtutes eorum et odorem
bone vitae

Ego flos campi et lilium
convallium

Ego decus mundi et gloria
humilium

Sicut lilium inter spinas
sic amica mea inter filias

Tu requiem queris et laudes lectuli recor
dare quod candidior tribulationum
aculeis efficeris et maiores fructus
predicationis quam quievis

Sicut malum inter ligna silua
rum sic dilectus
meus inter filias

Sicut malum visu odore et gustu
antecedit ligna silvestria Christus ante
cellit omnes sanctos qui filii dei dicuntur
sed gratia ille solus natura

Sub umbra illius quam
desiderabam sedi

Eodem protegente quam semper adeo quae
sivi quiesco ac secura permaneo

Et fructus eius dulcis
gutturi meo

Quia gratie sue celesti dulcedine
me refecit

Introduxit me rex in cellam
vinariam ordinavit
in me caritatem

Cella vinaria ecclesia debet intel
legi in cuius unitate solummodo
spiritus sanctus dari solet et accipi cuius gratia
hoc loco vini nomine designatur
in qua cella ordinata est caritas
ut unusquisque et deum toto corde plus
quam se ipsum proximum tamquam
se ipsum diligat

Fulcite me floribus

Consolamini me exemplis

Equitatui meo in curribus pharaonis assimilaui te amica mea

Sicut priorem populum de aegypto liberaui timore sic de sponsa mea de persequentium si in meo fide confisa fueris liberabo manibus

Pulchrae sunt genae tuae sicut turturis

Tanta te si uere [illegible] diae salutaris uirtute decoraui ut castitate permissi mihi fidem nulla paruorum doctorum seductione corrumperes

Collu tuum sicut monilia; murenulas aureas faciemus tibi uermiculatas argento

In collo doctores significantur [illegible] monilibus opera exprimuntur quia quae uerbo docent operibus ostendunt. in murenulis scriptura sancta ostenditur. quae auro spiritalium sensuum fulget interius et argento caelestis eloquii nitet.

Dum esset rex in cubiculo suo: nardus mea dedit odorem suum

Regi christo in beatitudine celestis secreti quiescenti sanctorum uirtus in ecclesia magnae nobis gratiae suauitatis administrat

Fasciculus myrrae dilectus meus mihi inter ubera mea commorabitur

Mors dilecti mei quam pro mea salute subiit semper in mea memoria commorabitur

Botrus cypri dilectus meus mihi

Qui fuit fasciculus myrrae in amaritudine passionis ipse est botrus cypri in dulcedine resurrectionis; myrra mortificat. uinum laetificat;

in uineis engaddi;

Propter carismata diuina quae post resurrectionem largitus est in baptismo suis participibus. engaddi fons hedi baptismum significat

Ecce tu pulchra es amica mea ecce tu pulchra: oculi tui columbarum

Pulchra in simplicitate cordis et munditia operum [illegible] sensu spiritalis intellegentia praedita